

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

2. De beneficio vocationis ad religiosum aliumue pium statum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, qua renelabitur in nobis.

Et: id, quod in presenti est momentaneum.

2. Cor. 4. Et leue tribulationis nostra, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis: Affectus igitur renouandi.

II. De Beneficio vocationis ad Religiosum, aliumque pium statum.

I. Deus uniuersalis omnium prouisor, singulis Electis ab aeterno idonea media aeternae salutis in certo aliquo statu obtinendae prouidens, tibi praetot alijs, in tali statu Religioso, aut alio quo quis pio, ad quem te vocare fecerit, ram suania, & efficacia gratiae & glorie promerendae praordinauit, sicut hucusque experiris: idque ex gratuita bonitate sua, ob fines tam sublimes, ut in carne mortali Angelicam vitam in praesenti saeculo emulareris, eximum sanctitatis & gratiae gradum consequereris, atque in futuro illustriora glorie coronam inter praeclaros celestis Ierusalem eius promerereris.

O quam admiranda & extraordinaria illa Dei tui erga te dilectio! Verè non

non fecit taliter omni nationi quam pau-
cis hanc securissimam & compendio-
fissimam ad coelum viam praedefinituit
in qui milles vijs Elector suos ad se tra-
xit? Gratitudo amor Dei vocantis, &
gratia vocationis.

II. Ex eadem gratuita misericordia
sua, ob eosdem fines, te, tam indignū,
tam parum idoneum, quoad dona na-
turæ & gratiæ, tam ingratum, præ tot
alijs dignioribus, innocentioribus,
donis naturæ & gratiæ eminentiori-
bus, & gravioribus, ad talem statum,
cuius tam sublimis finis, in quo tam
præclara eximia sanctitatis consequē-
da media reperiuntur, tam suauiter
& efficaciter vocavit, allexit, traxit:
idque vel à prima pueritia, vel post-
modum eum esse indignissimus tanta
gratia; sic intellectum illuminando,
& affectum inflammando, ut agnosce-
tes falsam mundi vanitatem, & veram
religiōsi status felicitatem, illam fu-
giendam, hanc amplectendam cense-
res, req; ipsa id quam primum posses,
exequi optares.

Quam humili & grato animo æquū
foret te iugiter hanc tantam Dèi, tam
miris, suauibus & efficacibus modis te
ad se trahentis dignationem suspicere,
& ve-

& venerari, & quidem tam gratitam,
non ex merito tuo, sed mero benepla-
cito suo, iuxta illud Isaiae : *Quis susci-
tauit ab Oriente iustum, vocauit eum, ut
sequeretur se? Ego Dominus, ego primus
& non nullus, ego sum.* Affectus ijdem
renouandi cum zelo gratiæ vocationis
cooperandi.

III. Insuper ex eadem gratuita mi-
sericordia sua, te tali ætate, tali tem-
pore, talibus naturæ & gratiæ præsidij
instructum, è periculo mundi pela-
go ad tranquillū hunc religionis por-
tum perducere, dilectissimisque filijs
suis aggregare dignatus est, præ tam
multis alijs, qui vel ob defectum va-
letudinis, ingenij, aliorumque talen-
torum ab hac gratia exclusi fuerunt:
vel ob inordinatum erga parentes &
consanguineos affectum, ob mundi
carnisque blandientis illecebras, ob
pravorum socrorum seductiones ea-
dem vocationis gratia, culpa sua exci-
derunt.

Matt. 7. O quanta felicitas inter paucos il-
los inuenire arctam viam, quæ ducit
Matt. 20. ad vitam! paucis illis accenseri inter
multos vocatos electis! Affectus ij-
dem cum propositis practicis subiun-
gendi.

De